



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

VI. Bischof Hermann von Kammin legt der Pfarrkirche in Ziethen den  
Zehnten dieses Dorfes und von vier andern Orten bei, am 4. September  
1257.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

VI. Bischof Hermann von Kammin legt der Pfarrkirche in Zithen den Zehnten dieses Dorfes und von vier andern Orten bei, am 14. September 1257.

Hermannus, Dei gracia Caminensis ecclesie Episcopus, omnibus hoc scriptum inspecturis salutem ac beatitudinem sempiternam. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod habito consensu nostri Capituli contulimus ad honorem Dei omnipotentis et beate virginis Marie ecclesie in Cziten decimam ipsius ville prefate Cziten et decimas quatuor villarum, que hiis nominibus appellantur: Grecholin, Lubanow, Gnewentin, Reletfow, cum adjacente campo Gorka et pratis ad eundem campum spectantibus, ecclesie supradicte cum omnimoda integritate jugiter profuturas. Insuper quecunque bona vel possessiones sepedicta ecclesie largicione fidelium Cristi tenet in presenti vel in futuro poterit adipisci auctoritate apostolorum Petri et Pauli simul et nostra eidem ecclesie sub excommunicationis interminatione confirmamus. Vt ergo hec nostra donatio et confirmacio rata et inconuulsa in perpetuum habeatur, eam presenti pagina et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes sunt hii Guntherus, abbas Stolpensis, Thomas, plebanus de Gofschowe, Jordanus de Blankenborch, Canonicus Hildensfemensis, Rodolfus Munt, Tammo, Johannes Troye, milites. Datum in Cziten, anno gracie millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, pontificatus nostri anno tercio, XVIII. Kalendas octobris.

Nach dem Kammin'schen Copialbuche des Pommerschen Provinzial-Archives.

VII. Bischof Hermann von Kammin überläßt den Tempelherren die Zehnten von 700 Hufen im Lande Doberen, am 8. Februar 1261.

In nomine Domini Amen. Nos Hermannus, miseratione divina caminensis Ecclesie Episcopus, Christi fidelibus universis, ad quos presens scriptum pervenerit salutem et pacem temporum in Domino Salutarem et quietam. Ipsa nos cogit pietas honestis petitionibus Fratrum Domus Militie Templi exauditionis gratiam non negare, quibus efficax tanto excellentius favoris patrocinium suffragatur, quanto ferventius pro ecclesie Orientalis defensione, cui perpetuum Religionis obsequium dedicarunt, speciali prerogativa caritatis intrepide sub devota sedis apostolice obedientia prudenter exponunt zelo nominis Christiani contra impetus infidelium res et vitam. Hoc jam evidens probavit argumentum frequens fratrum eorundem innumerofus occubitus, qui gloriosa in conspectu domini morte per quam aditus vite patet de crucis Christi hostibus triumphavit. Hoc nunc clamat in auribus omnium prohdolor sacri sanguinis proflurium copiosum, quo precedentibus annis in illis partibus lavarunt de modernis fratribus quam plurimi stolas suas. Super quibus nimirum et aliis Christi fidelibus, quos idem casus evexit ad palmam, percussa vehementer in eisdem jaculo intime compassionis humanitas ingenite gravitatis paulisper laxato rigore super effluentem palpebris ecclesie totius fontem aperuit lacrimarum, licet ad consolationem invitet exultationis festive gaudium, quod de ipsis inestimabilis procul dubio vite pace fruentibus coram deo ducitur in excelsis.